

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Error c
cum uariis

Non enim placet sententia Tullii, maximus auctor Romani eloquii, qui nullum unquam uerbum, inquit, quod reuocare uellet, emittit. Que quidem laus quamuis preclarissima uideatur, tamen credibilior de nimium fatuo quam de sapiente perfecto. Sed si in bonam partem accipiat ut quempiam fuisse talem credamus qui cum sapienter omnia loqueretur, nullum unquam uerbum quod reuocare uellet, emittit. Hoc potius de hominibus Dei qui Spiritu Sancto locuti sunt quam de illo quem sic Cicero laudat saluberrima pietate credendum est. Ab hac ergo excellencia tam longe absum ut si nullum uerbum quod reuocare uelim protulero, fatuo sum quam sapienti similior. Illius quippe scripta summa sunt auctoritate dignissima qui nullum uerbum non quidem reuocare uellet, sed quod reuocare deberet, emittit. Non michi igitur Tulliana illa blanditur, sed angit me plane Oraciana sententia: Nescit uox emissa reuerti.

Augustinus ibidem.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

maximus auctor] maximi auctoris P V¹ V² L¹ L²; loqueretur] loquetur B; hoc] hec C, hic M; qui] a *add.* P V¹ V² L¹ L²; uelim] passim (*cor. intra*) M; ut si...fatuo sum *om.* C; plane] illa *add.* P V¹ V² L¹ L²; Augustinus *om.* L²